

Contractuum Firmatio per adjectum Juramentum.

Juramentum contractibus alioquin firmis adjectum, hoc operatur, ut ultra obligationem Justitiae inducat obligationem Religionis, quo casu Juramentum sequitur naturam contractus, eo usque se extendendo, quod se extendit obligatio Justitiae. f. 21. n. 124.

Contractus aliqui sunt à Lege infirmati solum in ordine ad obligationem civilem non inducendam, esto inducant obligationem naturalem. Aliqui verò irritantur adeo, ut nec naturalem obligationem inducant. f. 22. n. 126.

Leges irritantes quandoque respiciunt primariò bonum commune, secundariò bonum privatum. saepius tamen respiciunt primariò bonum privatorum. eod.

Possum tamen Leges ob reverentiam Juramenti permittere hujusmodi validationem, & eximere à Lege irritante. f. eod. n. 127. Possent etiam ex adverso nolle firmari Juramento; quia ratione male putant aliqui, quòd Lex civilis se immisceat rei ad Forum Ecclesiasticum spectanti. eod. ubi exemplum ex Jure Bavarico.

Contractu per Juramentum firmato, si Juramentum relaxaretur, maneret obligatio ex Justitia: unde hæc obligatio transit ad hæredes, etsi non transeat obligatio Juramenti quæ talis. f. 22. n. 129.

Quando solum juratur factum, & non obligatio, facit momentaneam solutionem: licetque repetere solum, nisi juratum esset, non repetitum iri: hæredes tamen repetere possent, & alter in conscientia teneretur restituere, ob nullitatem contractus. f. 22. n. 130.

Contractus firmantur Juramento, quando Juramentum sine peccato servari potest, & non invenitur turpido injustitiae; ut dolus, metus, usura, ex parte illius in cuius favorem juratum est, & nisi Lex specialiter resistat, ac denique nisi confirmatio cederet in præjudicium tertij. f. 23. num. 135. In hoc puncto Lex *Non dubium C. de legib. mutationem accepit per Auth. Sacramenta puerum C. si adversus venditorem. f. 23. n. 136.*

In specie confirmantur Juramento sequentes contractus. Alienatio fundi dotalis, & donationis propter nuptias: Fidejussio mulieris; Donatio inter virum & uxorem, parentes & liberos: contractus minoris: Promissio solvendi & non repetendi quod ludo verito amissum est: Renuntiatio futuræ successione: Promissio instituendi hæredem, vel testamentum non revocandi: Donatio excedens 500. solidos: Donatio omnium bonorum: & sic de alijs non exceptis, prout excipitur contractus Prodigij, Impuberis &c. fol. 24. n. 139.

Contractus firmatur juramento etiam contractus prius juramentum initus, nisi hoc cedat in præjudicium tertij. fol. eod. n. 143.

Id quod juratur in secundo juramento, non est in se malum, nempe quod jurans nolit contrave-

nire contractui illicite celebrato: quæ negatio contraventionis non est mala, nec contraria priori juramento, etsi contractus fuerat contrarius. eod. & seq.

Contractuum dissolutio.

Contractus dissolvitur. 1. Novatione, de quo vide. *Novatio.*

Dissolvitur 2. Compensatione. vide. *Compensatio.*

Dissolvitur 3. Acceptatione. vide. *Acceptatio.*

Dissolvitur 4. Solutione. vide. *Solutio.*

Contractuum irritatio & nullitas ex inhabilitate contrahentium.

Non hoc ipso quòd Contractus aliquis prohibeatur, est ipso jure nullus, cum multa prohibeantur, quæ si facta fuerint, obtinent firmitatem. fol. 31. n. 179.

Contractus potest à lege irritari vel quoad solam obligationem civilem, ut nulla deat actio, vel etiam quoad obligationem naturalem. fol. eod. n. 180.

Contractus potest irritari sub hac conditione: nisi contrahens, in cuius favorem lex irritans est lata, cedat jurcirritationis. fol. eod. n. 181.

Potest irritari in penam alicujus delicti. item ob defectum alicujus solemnitate. eod.

Potest denique irritari reddendo personam inhabilem ad contrahendum. fol. 32. n. 182.

Contractus à lege simpliciter irritari, ne quidem in conscientia patiuntur naturalem obligationem. fol. eod. n. 184.

An Prodigiorum contractus sint nulli, & quando vide. *Prodigus.*

An Pupillus sine Tutoris auctoritate contrahens, obligetur saltem naturaliter. vide. *Pupillus.*

Quid possent Minores sine Curatoris auctoritate. vide. *Minores.*

Quid possit Filiusfamilias. vide. *Filiusfamilias.*

Quid possint Conjuges circa fundum dotalem, Religiosi, Administratores Bonorum Ecclesiasticorum, traditum est to. tract. 4. vide in singulis vocab.

Contractuum Qualitates.

Contractus qualitates sunt, quòd vel sit purus, vel conditionatus, vel in diem, vel sub modo, vel alternativus, vel annuus, vel firmatus adjectione penæ.

Contractus purus obligat statim, ut exigi possit. Unde est illud vulgare. ubi pure quis stipulatus fuerit, & cessit & venit dies: Ubi in diem cessit dies, sed nondum venit. ubi sub conditione, neque cessit, neque venit dies, pendente conditione. *Cedere diem* significat debet. *venire* significat peti posse. f. 43. n. 248. & seq. Commodum tamen tempus, & creditorii oportunitatem expectandum est, quod Judicis arbitrio relinquatur. f. 44. n. 250.

Obligatio

Obligatio ex contractu puro transit ad hæredes obligati, & actio respondens ad hæredes Creditoris, nisi contrarium pactum fuerit. f. eod. n. 251. & seq.

Contractus in diem dicitur, quando executioni designatur dies, vel incertus, vel certus: diei incerti (hoc est an evenurus sit) adjectio resolvitur potius in contractum conditionatum. Dies certus etiam tunc est, quando certò eveniet, esto nesciatur, quando. f. 44. n. 254. Et tunc obligatio statim inducitur propter certitudinem eventus, licet non urgeat ante diei adventum. Unde Jus transit ad hæredes etiam in ultimis voluntatibus. f. 45. n. 255.

Si ante diei adventum Actor peteret, & debitor non exciperet opponendo, quòd dies nondum venerit, Sententia teneret. f. eod. n. 256.

Adveniente die, si debitor, etiam non urgente creditore, non præstat, quod pactus est, dicitur constitutus in mora, quia dies interpellat pro creditore. f. 45. n. 257.

Si in Contractu ponatur dies certa, sed super re non transitoria ad Hæredes, est contractus potius conditionalis, quia non est certum, quòd promissarius seu Creditor sit usque ad illum diem supervicturus. f. eod. n. 260.

Quando adjectio diei convenit pluribus diebus ob æquivocum sensum, est intelligenda de primario die. f. 46. n. 261.

Adjectio die tanquam termino extrinseco, satisfieret solutione illius diei. f. eod. n. 261.

Quando dies adjectus relinquatur determinandus, determinatio relinquatur Promissori, cum illi commodum fuerit, hoc est, cum aberit rationabile impedimentum. f. n. 263.

Promissum in singulos annos, potest peti ad initium singulorum annorum. f. eod. n. 264.

Si verba ita concipiuntur, ut tempus incertum non afficiat substantiam, sed illius præstationem, v. g. *lego 100. Titie, qua non dentur, donec nupserit.* dispositio esset in diem, & obligatio transmittetur ad hæredes, etiam si nunquam nuberet. Peri tamen non posset, donec constaret, non esse nupturam. f. 46. n. 265.

Quando Contractum vitient conditiones impossibiles. vide. *Conditio. & Matrimonium.*

Jus ex Contractu conditionali quæsit ante conditionis eventum, nempe obligatio expectandi eventum, transmittitur ad hæredes, exceptis ultimis voluntatibus conditionatis. f. 52. n. 290.

Spes futuræ conditionis operatur hunc effectum, quòd si debitor fieret suspectus, teneretur præstare cautionem de solvendo, adveniente conditione. f. eod. n. 291.

Sicut Contractus conditionatus non est contractus purus, & absolutus, ita debitum conditionatum non venit nomine debiti simpliciter & absolute; adeoque si cui legarentur alterius debita, non conferentur legata debita conditionata, aut in die. f. 52. n. 291.

Christ. Haun. Reperit.

Spes futuræ conditionis, & obligatio expectandi eventum, sufficit, ut conditionalis Creditor præferatur in pignore posteriori Creditori puro, si conditio postmodum purificetur, dummodo conditio sit casualis. f. 53. n. 293.

Purificatà conditione si Creditor non petit, non propterea statim debitor incipit esse in mora, sed relinquatur illi dilatio usque ad tempus oportunitatis, sicut in contractu puro. f. eod. n. 294.

Si Contractus fiat sub conditione casuali, quæ tamen non sit adjecta diei, sed afficiat ipsam dispositionem, seu obligationem, tunc si dies etiam adjectus est, non sufficit, vel conditionem impletam esse, vel diem venisse, sed debet utrumque contigisse. Quod si dies adijciatur conditioni, tunc si conditio pendet ex voluntate debitoris, requiritur etiam utriusque impletio: Si verò dies adijciatur conditioni pendenti ex voluntate & facto alterius, vel sit casualis, satis est conditionem esse purificatam, & constare, nec est expectandus dies. Si dies adijciatur cum particula: *Tunc dabo:* etiam utrumque verificari debet. f. 53. n. 295.

Quando conditio afficit dispositionem, incipit dies currere à tempore conditionis impletæ, nisi dies adjectus esset certus, & invariabilis. f. 54. nu. 296.

Eventus conditionis negativæ, est expectandus in contractibus inter vivos, non verò in ultimis voluntatibus. f. eod. n. 297. Plura vide. *Conditio.*

Contractus *sub Modo*, est Moderatio dispositioni adjecta ex mente disponentis, quæ alter gravatur ad aliquid præstandum: ab hujusmodi tamen obligationis impletione non pendet valor contractus. Si fiat verbis conditionatis, ex circumstantijs judicandum est de intentione contrahentium. f. 56. n. 306.

Si contrahens consentiret quidè in Contractum, sed non in Modum adjectum, contractus esset penitus nullus, ob defectum debite acceptationis. f. eod. n. 308.

In favorem alimentorum Jure novo posset vindicari res tradita sub Modo præstandorum alimentorum, si Modus non servaretur. f. eod. n. 309.

In dubio an Contractus sit sub Modo, vel Conditionatus, præsumitur Conditionatus, nisi ex circumstantijs dubium tolli possit. f. eod. n. 310.

Adjecto modo turpi, contractus valet, etiam si alter in modum non consentiat. f. 57. n. 312.

Si bonum & utilitas illius, qui Modo gravatur, intenditur, & erat motivum inducens Promissorem ad contractum, censendus est voluisse inducere obligationem, & potest exigi cautio, secus si non fuit motivum. f. eod. n. 313.

Si post factum Contractum Modus reddatur impossibilis, non propterea potest contractus rescindi, aut res alienata revocari. f. 57. n. 314.

Contractus Alternativus, est Promissio facta sub Disjunctione, quæ potest cadere vel supra tempus promissam, vel supra tempus. Res verò & tempus aliquando differunt solum secundum plus & minus, aliquando

F

aliquando in prædicatione affirmabili, & dicitur Juridice recipere affectionem. f. 58. n. 315.

In Rebus non recipientibus affectionem, obligatio solum est ad illud, quod est minus, seu, quo minus gravatur debitor. f. eod. n. 316. Unde si per errorem plus solveret, posset excessum condicere. n. 317. In recipientibus affectionem, utraq; est disjunctive debita, sed electio est debitoris, nisi electio in stipulatione venerit. n. 318. Sive Electio sit debitoris, sive creditoris, pereunte una ex debitis absque culpa Promissarii, debetur altera existens, nec satisfieret solutione æstimationis. num. 319. Etiam Res vilior perisset. n. 320.

Verius est, quod Jus eligendi concessum Promissario transmittitur ad heredes. f. 58. num. 321. & seqq. Nisi constaret, quod Promissor voluisset specialiter honorare arbitrii Promissarii f. 60. n. 330. Quando Alternativa cadit supra personas, tunc potius disjunctio videtur copulativo modo prolata. f. eod. n. 331. & seq.

Contractus annuus dicitur, quando quis alicui promittit aliquid in singulos annos. Differt ab Anno Legato principaliter, quod in Contractu sit una & pura & simplex Promissio, Actio & Obligatio perpetua, & statim oritur pro annis futuris, & ideo transit ad heredes Promissoris. In Legato vero pro primo anno statim oritur Actio & Obligatio, pro sequentibus vero Legatum est conditionale, si Legatarius vivat. f. 60. n. 334. Cum ergo Contractus sit unus, Legata vero essent plura, nempe pro singulis annis, hinc in contractu lapsus cujusvis anni constituit debitorem in mora, absque alia interpellatione, Secus in legato annuo. Item per 30. annos præscriberetur tota Obligatio ex contractu, in Legato autem solus primus annus n. 336. & seq. ubi refertur casus.

Contractus potest adjecta pena firmari, modo servetur proportio inter penam & culpam Theologicam. f. 62. n. 341.

Possumt se contrahentes obligare ad penam conventionalem, solvendam independentem ab omni Judicis Sententia, imò & exactione non expectata. f. eod. n. 341.

Quando pena apposta est cum debita proportionem ad damnum emergens & lucrum cessans, debetur in conscientia. f. 62. n. 342.

Violans contractum, tenetur in conscientia ad solvendam penam punitivam culpæ, non expectatam Sententia. f. eod. n. 344.

Probabile est, quod debitor non teneatur solvere penam punitivam, antequam alter exigat, saltem extrajudicialiter, nisi aliud expressum esset. f. 63. n. 347. & seqq. ubi refertur notabilis casus. nu. 349.

Quomodo ratione contractus forum acquiratur, vide: *Forum competentis*.

Contractus Innominatus.

Tomo 4.

Est omnis ille, qui proprio ac speciali Contractus nomine caret, eo quod nomen quo exprimitur, etiam contractibus nominatis sit applicabile. Reducuntur Innominati Contractus ad quatuor species:

C.

Do ut Des. Do ut facias. Facio ut des. Facio ut facias. f. 326. n. 1041.

In contractu *Do ut des*, periculum rei necdum tradita absq; culpa, perinet ad eum cui debetur, & qui jam dedit, quod debebat. f. 327. n. 1042. Si vero res ex mora vel culpa perisset, competit actio ad interesse, nisi malit re sua libi reddita contentus esse. n. 1043. Re tradita evicta, convenit alteri Actio civilis in factum. n. 1044.

In contractu: *Facio ut des*, contra non dantem datur actio præscriptis verbis, etiam quando dolus intervenit, quamvis in hoc puncto leges diversimodè loquantur. fol. 327. n. 1045.

Quando unus pacificetur non merum factum, sed alicujus rei traditionem ad usum, ut alter det v.g. pecuniam, est etiam Contractus *Facio ut des*. fol. 328. n. 1046.

Ex initio executionis judicandum est, an sit contractus *Facio ut des*, vel. *Do ut facias*. n. 1047.

Si contractus isti sint negativi, reduncitur ad affirmativos. ut: *Non facio*. ad: *facio*. idem de Mixtis dicendum, nempe reduci ad Simples, qui continentur, n. 1048. In dubio præsumitur contractus Innominatus. fol. 328. n. 1049.

De Jure civili licitum est unicuique contractum penitere, re adhuc integrâ, in hoc sensu, quod contra nolentem non detur actio. Item illi qui ex sua parte implevit, licet penitere, & datum repetere, antequam alter impleverit, etiam si non fuerit in mora, dummodo indemnitas servetur. Ad repetendum datur actio: *causâ datâ causâ non secutâ*. fol. 329. n. 1050.

In conscientia potest quis se obligare ad contractum incipiendum: & si accedat stipulatio, tenetur ex stipulam. fol. eod. n. 1051. Potest tamen ita celebrari, ut neuter simpliciter teneatur incipere n. 1052. & nisi aliud expressum fuerit, censetur hoc modo celebratus contractus. n. 1053.

Ex his contractibus datur actio *Præscriptis verbis*. fol. 330. n. 1054.

Si ille qui implevit, velit penitere, datur: *Condictio dati ob causam, causâ datâ causâ non secutâ*, quæ repetit, quod dedit. fol. eod. n. 1055.

Hos contractus esse stricti juris, habet communis sententia: sed, seclusâ auctoritate, probabilius est, esse bonæ fidei. fol. 331. n. 1056.

De Contractu *Permutationis*. vide *Permutatio*.
De Contractu æstimatorio. vide *Æstimatorius Contractus*.

De Contractu *Ludi*. vide *Ludus*.
De Contractu *Sponsionis*. vide *Sponsio*.
De Contractu *Sortis*. vide *Sortis*.
De Contractu *affecuratiois*. vide *Affecuratio*.

Contumacia.

Tomo 5.

Contumacia non solum constituitur & consummatur, quando quis post trinam citationem, vel unam peremptoriam non comparet, sed etiam, quando quis sine consensu saltem tacito recedit, vel se occultat, aut alio modo impedit quominus ad ipsam citationem perveniat. f. 198. B. 51.

Quatuor

D.

Quatuor illius species assignari possunt. Notoria. Vera. Præsumpta. Interpretativa. quarum explicatio vide. n. 82.

Contumaciam non incurrit, qui Reipublicæ causâ abest. f. 199. nu. 84. Excusant etiam sinistra valerudo, tempestas, vis fluminis, publica expeditio, locus inturus, & similia. n. 85. quod judicare Judicis arbitrio relinquatur. n. 86. Modò allegata impedimenta aliquo modo semiplenè probentur, saltem Juramento. n. 87. Etiam paupertas excusat, quia talis comparatur in carcerato. n. 88.

Etiam si Statutum aliquod sit, ut contumax habeatur pro convicto, non ideo statim quoad principale condemnandus, sed prius ad probanda impedimenta. f. 199. n. 89.

Actor non comparens in primo & secundo termino, reo comparenti condemnatur in expensis litis & viaticum. f. 200. n. 90.

Actor ad peremptoriam vel trinam citationem ante litem contestatam non comparens, adhuc ter per 30. dierum intervallo citandus, & porrò per unum expectandus: comparens intra hunc annum priusquam audiatur, reo expensas solvet, & de sitendo in Judicio cavebit, nisi probet impedimentum. Quod si nec hoc anno comparet, debet Judex ad instantiam Rei audire Rei allegationes, probationes, & de causâ definitivè pronuntiare; vel (eâ non probatâ) ab instantia Judicij absolvere, & sic citatio circumducetur. Quod si Actor intra annum venit, sed denuo litem deserit, cadit omnino ab actione post trinam citationem & anni spatium. f. 200. n. 91.

Si Actor post litem contestatam non compareat, reo comparente, citandus est ad instantiam Rei tribus edictis, quorum quodvis ab altero distet intervallo 10. dierum: eo non comparente, Judex causam ex integro dijudicandam assumet. Et si quidem Jus stet pro Actore, non obstante absentia, condemnabit reum. Si vero de eo non satis liquide constet, absolvere reum, & actorem in expensas condemnabit, nullo reservato regressu ad eandem causam. f. 201. n. 94. Et hac inspecto Jure Communi. Quæ verò in Camera Imperiali, & Jure Bavarico statuta sint, vide fol. 202. à num. 96.

Si Actor instituit Actionem realem, non potest Judex ante litem contestatam procedere ad ferendam Sententiam, quamvis reus sit contumax. f. 202. nu. 99. Sed examinato summarè negotio mittitur Actor in possessionem rei petite per primum decretum. n. 100.

Si Actor agit Actione personali, sit immisso in possessionem pro modo debiti in libello expressi. Si petatur Servitus, sit Actoris potestas utendi Servitutis, donec reus doceat, eam non deberi. n. 101.

Si Actio realis instituitur contra possidentem rem immobilem alieno nomine, hic nominabit dominum, facietque comparere dominum constituto termino: non comparentem Judex citabit,

& eo contumace, mittetur Actor in possessionem. f. 203. n. 102.

Post litem contestatam, si reus sit contumax, & tamen constet de Jure alterius partis, potest Judex ferre Sententiam definitivam secundum merita causâ. Reus vero condemnatur in expensas, etiam si vincat. Si vero non liquet nec liquere potest, Actori adjudicatur possessio, & gaudet commodis possessoris. f. eod. n. 103. Quid observetur in Camera Imperiali & Bavar. Jure, habetur à n. 104.

Primum Immissionis Decretum definitur: Jussus, quo ob contumaciam Rei Actor in bonorum Possessionem custodiae causâ mittitur, ut ex pignoris loco derineat, donec reus compareat, vel respondeat. f. 204. n. 109. & seq. ubi modus interponendi hoc decretum.

Potestas interponendi hoc decretum, competit illis, qui saltem mixtum imperium habent. f. 205. n. 111.

Hoc Decretum potest peti à quovis Creditore, cui nunc competit Actio, etiam si debitum esset in diem, vel conditionatum. n. 112. Et si ex pluribus Creditoribus unus obtinuit, prodest etiam cæteris, ut communionem habeant, si debitum probaverint, & expensas solverint. n. 113. Immissio non solum fieri potest in bona Alodialia, sed etiam in Feuda, Emphyteutes, Ususfructus. f. 205. n. 114.

Inter bona debitoris conventi actione personali, servatur ordo, ut immisso fiat primò in mobilia; his non sufficientibus in immobiliâ, denique in Nomina, prohibendo Debitoribus debitoris ne solvant. n. 115.

Immissus per primum decretum, acquirit Jus pignoris, non verò possessionem civilem. 116. Unâ cum immisso etiam Dominus admittitur ad custodiam, & in periculo discordiæ Judex uni attribueret totam. n. 117.

Missus in possessionem ex actione personali fructus non lucratur. Si ex actione reali, tunc etiam primo anno non lucratur, sed fructus custodire debet, ne à reo consumantur, quod si nolit iste fructus cogere, permittitur Actori cogere fructus, eosque servare, vel venditorum pretium servare. f. 206. n. 119.

Si reus immissioni resistat, competit Actio in factum quanti interest. n. 120.

Si reus post missionem ex Actione reali intra anni spatium veniat, & contumaciam purget, tunc, præstitâ satisfactione de *Judicio sisti*, & restitutis expensis, recuperat possessionem: pariter purgatur contumacia, si reus probet legitima impedimenta non facile amabilia. n. 122.

Purgatâ contumaciâ Judex omnia restituit in statum pristinum, quo fuissent, si reus debito tempore comparuisset. n. 123.

Actor ex actione reali immissus, si reus per annum maneat in contumacia, evadit incommutabiliter

F 2

rabiliter Possessor rei petita, etiam civili possessione, cum Jure lucrandi fructus, ita ut reus solum possit de Jure proprietatis contendere. fol. 207. n. 124.

Secundum Decretum, Actori necessarium & utile in actione personali, creditur: Jus Magistratus, quo Actorem, qui custodit causam in possessionem bonorum pro modo debiti praetensi missus jam est, ob adversarij continuatam contumaciam, verum possessorem decernit, & contumacem possessione in penam contumaciae privat. Imo, si reus fuit dominus rei, etiam dominio privat, si non fuit, sed putabatur esse, tribuit Actori Jus praeribendi. f. 207. n. 125. Saepè decernitur rerum detentarium venditio. f. 208. nu. 129. & Emptore non comparente, decernitur in solutum. n. 130.

Hoc Decretum non habet locum in debitis in diem, vel conditionatis, conditione non existente. n. 126.

In possessione bonorum non allodialium, transferretur Jus percipiendi fructus eiusque, donec satisfiat debito: nam dominium transferri non potest. n. 117.

Elapso post primum decretum anno, Actor accedere debet Judicem, & allegata contumacia petet sibi bona decerni adjudicari in solutum. Judex adversarium citabit, & monebit, ut praestanda praestet: si recuset, aut non compareat, tunc cognita contumacia & actionis Jure, fit secundum decretum. f. 207. n. 128.

Tempus interponendi hujus decreti, arbitrio Judicis relinquatur, qui tamen non facile ante annum lapsum id interponet. f. 208. n. 130.

Si post hoc decretum compareat reus, & alleget causas relevantes absentiae, movens quaestionem de debito, restituatur in integrum. n. 131.

Forma hujus decreti ponitur. n. 131. Ad interponendum hoc decretum, requiritur plena debiti probatio, vel formalis vel aequivalens, hoc est completa per Juramentum, ad quod reus iterum citandus est, & contumax habetur pro confesso. n. 133.

Contumacia non permittitur in Jure puniri ultra duas uncias auri, hoc est, 16. Ducatis Venetis. f. 209. n. 134.

Copiae Fideiatae.

Vide. *Transsumpta*.

Cooperans.

Tomo 1.

Cooperans ad damnificationem alterius, tenetur ad Restitutionem si in fluxit in damnum, etiam si eo non cooperante damnum illatum esset. f. 141. n. 373.

Quo ordine, & quousque teneantur Cooperantes pro damno dato restituere, vide Restitutio.

Sunt autem cooperantes: Mandans. Consulens. Consentiens. Palpans. Recipiens. Tacens, Non obfians, non manifestans. ibid.

C

Correi.

Tomo 3.

Correi non solum illi dicuntur, qui in Contractu stipulationis sunt Correi stipulandi vel promittendi, sed in quovis alio contractu. quando eadem res pluribus debetur, dicuntur correi credendi, quando debetur à pluribus, dicuntur correi debendi. fol. 85. num. 58. Plura de Correis vide. *Stipulatio*.

Quomodo Correis conveniat beneficium divisionis, vide. *Fideiussorum beneficia*.

Creditor.

Quinam ex Creditoribus habeant jus prioritatis, vide. *Prioritatis Ordo inter Creditores*.

Tomo 5.

Creditori agenti contra debitorem, asserentem, se totum debitum solvisse, & partem solutam fatenti, incumbit onus probandi, non fuisse totum solutum. f. 285. n. 30.

Culpa.

Qualis culpa theologica requiratur ad fundandam obligationem restituendi ex injusta laesione, seu secunda radice Restitutionis, vide. *Dammum iniuriis datum*.

Tomo 1.

Culpa obligans ad restitutionem, quandoque provenit ex negligenti administratione officij, quandoque ex violatione obligationis inita per contractum ad certum gradum diligentiae praestandae, quandoque, ex alia injusta laesione juris alieni. f. 104. n. 183.

Culpa duplex est. Theologica, & Juridica. Illa est peccatum contra Justitiam. haec est omisio aliquis diligentiae debita. cod. n. 184. Juridica est quintuplex. Latissima. Latiore. Lata. Levis. Levissima. Latissima est dolus apertus. Latiore, dolus praesumptus. Lata, intermissio diligentiae communis, & in Jure saepe (non semper) dolo comparatur, Levis est omisio diligentiae quam homines providentiores solent adhibere, & saepe in Jure venit nomine Culpa simpliciter posito. Levissima est omisio diligentiae exactissima. In Judicis non fit differentia inter Culpam Latiorem, & latam. f. 104. nu. 185.

Culpa lata praestanda est Regulariter in contractibus cedentibus in utilitatem illius, cui alter obligatur. Levis in illis, qui in utilitatem utriusque, Levissima, qui in utilitatem solius obligati. f. 114. n. 246. De quibus omnibus magis in specie videndum in singulis speciebus Contractuum.

Tamen si diversitas obligationum ad diversas culpas praestandas, ultimatae proveniat à constitutione legum, datur tamen ex ipsa rerum natura etiam aliqua diversitas. v.g. diligentia quae in Commodatario qua tali esset communis, in Depositario qua tali esset major. adeoque hujus culpa levis posset in commodatario dici lata, formaliter & comparative spectata. Juridice tamen & materialiter vocatur culpa levis. f. 114. num. 248. ubi per exemplum declaratur.

Quando

D.

Dammum Injuriæ vel sine Injuria datum.

Tomo 1.

De hoc vide imprimis, *Aquila Lex. Delictum vel Quasi. Noxalis Actio. Restitutio*.

Dammum sine culpa Theologica datum, nullam parit in conscientia obligationem reparandi. Jure naturæ, sed comparatur casui fortuito, sicut si ab amente factum esset, quia non voluntarium. f. 104. n. 187. Cum hoc tamen fiat, quod obliget ad reparationem damni, etiam si erravi circa personam, dummodo in genere fuerit voluntarium 190.

Ex peccato veniali ob defectu plenae advertentiae, si (ut aliqui volunt, sed male) nasceretur obligatio, ea esset non solum ad partem, sed ad totum. f. 105. n. 191. Ex semiplena advertentia, non nascitur obligatio ad reparandum damnum grave, utpote in ratione gravis non voluntarium. f. 106. n. 195.

Ex pluribus damnis levibus successive factis, & denique damnum grave inducentibus, adhuc nascitur obligatio gravis ad restituendum tantum, quo restituito non remaneat damnum grave. f. 106. n. 197. Non tamen nascitur haec obligatio praecise ex peccato veniali, prout habet rationem culpa, sed ex conventionem & consensu tacito illi culpae annexo, quo quisvis quacunque laesione voluntaria voluit esse obligatus ad restituendum damnum, quod voluntarie intulit. fol. 108. n. 208. & seqq.

Qui per errorem putat, damnum à se inferendum majus esse, quam reipsa sit, affective quidem gravius peccat, sed non tenetur ad amplius, quam reipsa damnificavit. f. 110. n. 218.

Volens alium laedere, seu graviter seu leviter, non tenetur ad damna extrinseca subsecuta, & insuspiciabilia. f. 110. n. 219.

Qui ex culpabili inconsiderantia non attendit ad damna prudenter opinabilia, forte subsecutura, tenetur ad ea quae evenirent. f. 110. nu. 220.

Qui ex invincibili ignorantia existimat, damnum non esse connexum cum sua Actione, sive sit intrinsecum sive extrinsecum, sive secundum estimationem erroneam laedentis Actio sit leviter, sive graviter damnosa, non tenetur ad amplius, quam ad quantitatem damni existimatam. f. 110. n. 221.

Nunquam inducitur obligatio restituendi pro damno secundum se sibi licito praecise ex intentione nocendi. f. 112. n. 229. & seqq.

Omnis Actio inductiva nocumendi alieni, sine commodo meo à lege mihi concessa, est injusta, inducens obligationem reparandi damnum, etiam si damnum non fuerit intentum. f. 113. num. 240. Quando autem Actio per ipsam intentionem sit nociva, inducit obligationem restituendi. 241.

F 3

Damni

Quando quis ex constitutione Legum ad certum genus culpe cavendum obligatur, tunc nisi expresse aliter conventum fuerit, obligatur etiam in conscientia ad illam culpam vitandam ex Justitia. f. 115. f. n. 249. Non tenetur tamen ante Judicis Sententiam ob culpam ex inculpabili inconsiderantia commissam; & quia Judex ex praesumptione culpe procedit, tenetur quidem parere Sententiae, sed habet Jus occulte compenlandi. 250.

Curatela. Curator.

Tomo 1.

Curatela differt à Tutela, quod primario datur bonorum administrationi, & non praecise ob defectum aetatis. f. 343. n. 217. Durat ab anno pubertatis usque ad 25. annum, si praecise datur ob defectum aetatis. Jure Bavarico usque ad 21. fol. 344. n. 220.

Curator non datur invito nisi ad litem. Imò in causis spiritualibus, ut Matrimonio, Beneficio &c. & quae annexa sunt, quisquis pubertatem adeptus est, potest sine Curatoris & Patris consensu per se vel per Procuratorem respondere. Quodsi impubes sit, adjugetur ei ab Episcopo, vel ejus Vicario Curator aut Procurator. f. 344. nu. 220. Plura Curatoribus & Tutoribus communia, vide *Tutor*.

Curator non datur de Jure communi invito nisi ad litem. Testamento datus debet confirmari. f. 363. n. 315.

Curatores non tantum dantur Minoribus, sed etiam alijs, qui rebus suis praesae non possunt, ut furiosis, prodigis, aegris, surdis, mutis &c. f. eod. n. 317.

Curator convenitur utili Actione tutelae, item Actione negotiorum gestorum, quae datur etiam durante curatela, sicut etiam Actione ex stipulatu. f. eod. n. 318. & seqq.

Curatori datur Actio utilis contraria. f. 364. n. 321.

D.

Damnatus.

Tomo 2.

Damnatus pena capitali ante ultimam Sententiam potest cum Testamento decedere, secus post latam Sententiam, neque testari amplius potest. f. 48. n. 221. & seq. & iterum tomo 6. f. 323. num. 568.

Si damnatus non habeat liberos aut conjunctos usque ad tertium gradum, bona filio adjudicantur. Imò in crimine laesae Majestatis omnibus exclusis. f. 49. n. 222.

Damnatus ad perpetuos carceres, testari non potest. f. eod. n. 221.

Damnatus etiam ob Carmen famosum, intestabilis est. f. 50. n. 226.